

**De venis lymphaticis valvulosis: : et de earum in primis origine / auctore
Alexandro Munro.**

Contributors

Monro, Alexander, 1733-1817.

Publication/Creation

Edinburgi : Apud Balfour, Auld, et Smellie, academiae typographos,
M,DCC,LXX. [1770]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/cunw3b7c>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

+
1

OF LONDON MEDICAL
DE
V T E N 30°
LYMPHATICIS
VALVULOSIS:

E T

DE EARUM IN PRIMIS ORIGINE.

A U C T O R E

ALEXANDRO MONRO,

M. D. & Prof. Med. et Anat. Edinburgi.

Editio Altera, auctior et emendatior.

E D I N B U R G I :

Apud BALFOUR, AULD, et SMELLIE,
Academiae Typographos.

M,DCC,LXX.

Библиотека
Государственной
Университетской
Библиотеки

Санкт-Петербургский
Государственный Университет

Санкт-Петербург


A U C T O R I S

In alteram hanc Editionem

P R A E F A T I O.

Q UUM plura vetent, ne im-
praefentiarum, de Lympha-
ticas Vasis, fusius, et pro rei digni-
tate, uti animo diu destinaverim,
agam; Dissertationis de iis, anno
1757, Berolini evulgatae, Editio-
nem alteram interim edendam sivi:
Quam in pluribus locis, sed festi-
nante calamo, et auxi et emendavi.

Dedi Edinburgi Die Octob. 12. 1770.



Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b30789047>

PROLEGOMENA.

PRIMUM haecce Dissertatione or-
tum duxit ab experimentis
quibusdam in vivis animalibus,
ante quadriennium abhinc*, Edinburgi
institutis. Quum enim ab experimen-
tis ad auctores recurrerem, et, apud
eos, Cowperum et Nuckium praefer-
tim, immisso in arterias mercurio vivo,
venas lymphaticas valvulofas repleri
posse, invenirem: Ego quidem idem
tentare coepi. Quod, quum haud semel
sine fructu facerem; tandem, in arteri-
am spermaticam mercurio infuso, per ve-
nas lymphaticas rediisse illum, comperi.
Exploratis autem omnibus, extra arte-

* Anno scilicet 1753.

riam prorupisse mercurium, nec in vēnam spermaticam penetrasse, patuit Undenam haec evenerint, mirabar e- quidem. Quamquam enim liquorem, in arterias injectum, per vasa lateralia, in cava corporis hiantia, venis etiam ru- bris vacuis manentibus, saepissime se- cedere, usu compertum habui; id ta- men mihi ex eo provenire videbatur, quod vasa haec brevissima essent, et ad mortem, vi contractili qua gaudent, liquores contentos in cava propelle- rent; dum venarum rami, licet ampli- ores, longiores tamen, et humoribus a morte coactis repleti, fluidorum ingres- sui fortius resisterent: Venas autem lymphaticas, si ex arteriis ortum duce- rent, ad origines suas, venis rubrum sanguinem vehentibus tenuiores esse oportere, intellexi; longum praeterea

cursum absolvere, et humorem etiam a
quiete et a frigore coagulabilem conti-
nere. Repetenda exinde experimenta
erant, antequam certi quid pronunci-
are auderem. Repetii igitur, et hoc
semper cum eventu, ut, si mercurii
pondus lente augerem, in venas san-
guineas, intactis lymphaticis, transiret ;
et ligatis etiam venis sanguineis, et mer-
curii pondere usque ad vasorum rup-
turam aucto, nunquam tamen, sine ef-
fusione in cellulosas, in venas lympha-
ticas penetraret : Effuso autem e vasis
mercurio, vel etiam in cellulosas infuso,
eadem repleri perspexi. Hinc, aucto-
rum experimenta in dubium revocare
et examinare ausus: Ipsorum senten-
tiis experimenta sua repugnare depre-
hendebam. Omnia deinceps inter
se invicem contuli; inquirens prae-

fertim, Cur tam multis valvulis, in viceribus etiam, ubi aliis venis valvulae defunt, stiparentur? Cur adeo professioni externae exponerentur? Cur venenum, in primis venereum, variis corporis locis admotum, glandulas conglobatas vicinas, cordi partique infeciae interjectas, folas tam frequenter occuparet? Cur non etiam remotas, quae simili structura gaudent? Tandem mihi persuadebam, *Vasa Lymphatica Valvulosa, per totum corpus, Venarum Absorben- tium Systema efficere, neque ab arteriis, uti vulgo receptum est, emanare; et hanc sententiam, anno 1755, in Differ- tione inaugurali *, in genere proposui,*

* De testibus et de semine in variis anima- libus, Cap. 12. p. 55. et 56.

quam plenius et dilucidius exp̄ositam
* evulgare, per tempus tunc non
licebat.

* Dissertationem enim hanc, Anglico sermo-
ne conscriptam, anno 1755, D. Black et
Reimaro, M. D. aliisque ostendi. Vid. ob-
servat. anat. et phys. 1758, a pag, 26. ad
34.

*De Venis Lymphaticis Valvulosis, et de eā-
rum in primis Origine.*

QUI primi vēnas lymphaticas valvulosas invenerunt *, ex obser-
vatis tantum in vivis animalibus phae-
nomenis, sententias suas de harum o-
rigine et usu collegerunt.

CELEBRES, qui eos subsequuti sunt,
anatomici, experimentis et observati-
onibus variis, post mortem institutis,
adjunctis, majori cum subtilitate et

* Ol. Rudbeck. nova exercitatio ductus a-
quofos exhibens et vasa glandularum ferosa
1653. T. Bartholin. de vasis lymphaticis nu-
per detectis 1653.

follicitudine primordia earundem explorarunt. Inter hos eminet Malpighius ; qui tamen, post multa, et, pro more suo, accurate instituta experientia, nihil certi pronunciare ausus est ; verisimile autem sibi videri a glandulis minoribus, tamquam a fontibus, oriri ; tamen, non sibi licuisse evidenter earum primum exortum attingere, profitetur *.

* Malpighius de structura glandularum conglobatarum, p. 3. An vero primus exortus et origo vasorum lymphaticorum sit a glandulis minoribus, dubium est, quod meam adhuc torquet mentem. Paullo inferius addit : Non minor difficultas est circa vasorum exortum lymphaticorum, quae copiofa occurrunt in viscerebus ; praecipue in hepate et liene ; et, licet plura fecerim tentamina pro horum exploratiōne, non tamen mihi evidenter licuit attingere

Post Malpighium, summos in hanc rem labores impendit Nuckius ; et, quum, aere et mercurio vivo in arterias et venas rubras immisso, vasa lymphatica repleri vidisset, illi haud dubium adparuit, ab utrisque oriri. Quum tamen, aere in arteriam splenicam adacto, plurimas exiguae in superficie lienis elevari vesiculas, et ex iisdem vesiculis vasa prodire lymphatica, flatu etiam turgida, animadvertisset ; conjicere coepit, aliquando intermedia

primum eorundem exortum——et, a quoniam fonte derivetur materia lymphae, adhuc quaeritur.

J. Fantonus, in anatomia dissert. 5. Lymphae origo in glandulis non alibi quaerenda est ; sic peritiores anatomici volunt, sic ego sentio.

vesicula, aliquando deficiente, immediate ab ipsa arteria venave oriri *.

COWPERUS denique, ex arteriis et venis sanguineis in vasa lymphatica mercurio adacto, rejectis folliculis, ab utrisque eorum origines primas repetere, nullus dubitavit †.

HORUM auctorum celebrium sententia, omnes et ejusdem temporis anatomicos et recentiores consentientes ha-

* Nuckius in adenographia, p. 52.

† Cowper in introduction to Bidloo's plates, p. 5. The true origin of the lymphatic vessels is from the extremity of the blood-vessels, and their office to carry back the superfluous serum, &c.

And in ap. to Biddloo, he says, " t. 3. fig,

buit *, qui multis et variis ratiociniis
et experimentis eam illustrare con-
derunt.

“ 6. reprefents, according to our conception,
“ the origination of the lympho-ducts from the
“ extremities of the blood-veffels.”

Steno de glandulis et musc.

* Diemberoeck in anatome, cap. 22. — et
Borrichius in ep. ad. Barthol. cent. 4. ep. 17.
ex art. Lien, — et C. Bartholinus Th. fili-
us de Diaphrag. p. 91. 93. ex art. Lienis, &c.
Bergerus ac Listerus de humoribus, cap. 20. 21.
22. ex propriis etiam experimentis arterias lym-
phaticas defendunt.

Bergerus in physiolog. medica pag. 78. Nul-
la vero magis consentanea videtur fententia,
quam, quae originem vasorum lymphaticorum
ab ipsis arteriis arcessit.

G. Ern. Stahl in medic. dogmatico system.
sect. 1. p. 78. 79. “ Lympha eadem ratione
“ qua sperma aut lac e sanguine fecernitur.”

Quae nos ab opinione tam recepta et probata primum deduxerint, jam diximus; utrum vero temere diffenserimus, necne, omnibus ex ordine pro-

Lympham ex sanguine venoso deduxerunt,
Vieuffens, traite des liqueurs, p. 197. et Deidier
de tumorib. p. 38.

Vasa secretoria immediate ex vasis lymphaticis oriri. Vieuffens, in novo vasorum systemate 1704, in 4to, et in traite des liqueurs.

Vaterus in dissertatione de novo bilis diverticulo: Adhuc sub judice lis est, an lympham ex hepate refluat a sanguine venoso, an potius arterioso, proveniat.

Keil in his anatomy, sect. 9.

Manget. in theat. anat. p. 108. p. 204.
ex art. Mammal. et art. Uter. vaccini.

Boerhaave in institut. medic. a § 246. ad § 250. et passim. et in method. stud. medic. part 7. sect. 6. cap. 2.

positis, et per pensis ex utraque parte experimentis et argumentis, adparabit.

Hallerus in Boerh. instit. § 246. in notis ad lit. (a) et alibi: Dantur ergo arteriae lymphatica non conspicuae, dum venae utpote majores conspicuntur. Et nuper, in prim. lin. physiolog. c. 8. § 181. Lympha perinde ex proximo de arteriis educi videtur.

Denique Hallerus, in elem. physiolog. tom. 1. l. 2. p. 108, 9, 10. De transitu arteriae in vas lymphaticum agit; atque tandem, omnibus per pensis, ita scribit: “Omnino videtur abs “ que errore recipi posse, etiam ex arteriis “ lymphatica vasa continuari, atque hunc eti-“ am inter terminos arteriae rubrae locum “ habere.”

Walther. de secretione, p. 18. ex art. Renum.
Loquetus de art. hepatis. p. 7. ex v. portar.

Cheselden in his anatomy, chap. 10. et Rut-

ARGUMENTA igitur quaedam theo-
retica, vel ex venarum lymphaticarum

ty on the urinary passages, p. 3.

Chefelen in his anatomy, chap. 10.; et Ni-
chols in compend. anat. praelect. 3. de arte-
riis et de venis lymphaticis, agunt.

Blanchi hist. hepatis, p. 920. Forte vasa
lymphatica nasci lateraliter ab arteriarum api-
cibus, qui fines eorum sunt simulque venarum
principia.

I. A. Kulm. in tab. anat. 1732. tom. 3. vasa
lymphatica immediate ex arteriis derivat.

Lieutaud elementa physiologiae sect. 2. a p.
174 ad 179. Venas lymphaticas, uti sanguine-
ae, ab arteriis provenire, opinio est.

Auteur anonyme (supposé Mr Senac) dans
L'anatomie d'Heister avec des Essais sur l'usage
des parties, tom. 1. p. 281. Il y a apparence,
que les artères envoient des ramifications, ou

phaenomenis nata, in primis expen-
demus.

le sang ne peut pas entrer ; dans ces petits ra-
meaux s'insinue la lymphe, qui sans doute doit
etre rapportée par des veines qui repondent
aux petites arteres ; et tom. 2. p. 230. Les vei-
nes lymphatiques repondent aux arteres, qui
portent la lymphe dans toutes les parties du
corps. Mr Senac supplement a l'histoire du
coeur, ch. 8. p. 609. "Dans les veines lym-
" phatiques on trouve des globules rouges ; or,
" s'ils peuvent penetrer dans ces veines, ils
" peuvent entrer dans les arteres destinees a la
" lymphe."

Jussieu et la Riviere, Paris 1728. Ergo Lym-
phae suus, ut sanguini, propria per vasa circui-
tus.

Ferrien mem. de l'acad. des sciences 1741.

Nos yeux ne sont pas assez fins pour voir la
premiere origine des veines lymphatiques, mais

VARIÀ dein experimenta, quibus
dari arterias lymphaticas invisibles, a

on ne peut guere douter que les unes et les autres ne foient formées par le prolongement des artères lymphatiques ; l'exemple des artères et des veines sanguines en est une preuve convaincante.

Le sang que les artères lymphatiques ont reçu passe enfin dans les veines lymphatiques ; les preuves sont, qu'il a souvent trouvé dans les lymphatiques Bartholiniens une lymphe teinte de sang.

Thom. Laurence, M. D. et celeb. anatomicus, in disputatione medica de Hydrope, Londini an. 1756 edita, a p. 90. ad 100. sententiam suam de vasis lymphaticis, qua cum Boerhaavio videtur convenire, clare exposuit ; inter alia pag. 97. sequentia occurruunt : “ Venae lymphaticæ tanta exilitate ab extremis suis arteriis prodeunt, ut conspectum nostrum o-

quibus venae lymphaticae liquidum suum accipient, evincere nituntur, or-

“ rientes omnino fugiant; at, sivulorum more
 “ inter progrediendum confluentes, sensim ma-
 “ jores evadunt, atque satis tandem conspicuae
 “ fiunt.”

Sunt, qui nullam amplexi sententiam rei difficultatem tantum declararunt: Ita

Winflow exp. anatom. Traité de la tête, § 590. Les premières sources des vaisseaux lymphatiques valvulaires sont très difficiles à découvrir.

J. Douglas on the hydrocele, London 1756: Although numerous lymphatic vessels can be traced on the spermatic cord, liver, &c. yet we know very little about them; their origin, course, and many other particulars, remain still to be ascertained before we can, with any show of truth, draw corollaries from them relating to diseases.

dine proponemus; et, quid ex iis
concludendum veniat, examinabimus.

Reperiuntur etiam, qui earum origines ali-
qua ex parte a ductibus excretoriis repetierunt:
Ita,

Cel. Ferrien hist. de l'acad. des sciences
1733. Les vaisseaux lymphatiques du Foie ti-
rent en partie leur origine du principe du tu-
yaux biliares.

Hambergerus in physiolog. medic. § 469.
Ex omnis generis cavo humidum liquidum ve-
hente, sive sit arteria, sive vas fecernens, vel ex-
cretorium, vel aliis usibus destinatum, vasa
lymphatica oriuntur. Idem porro, § 598. Post
primam in hepate secretionem ex sanguine,
fit secunda, lymphae scilicet, ex fluido a san-
guine secreto, et haec ultima ex acinorum va-
sis; ideo haec respectu primae secretionis sunt
vasa fecernentia; respectu secundae, tantum se-
cretoria.

DENIQUE, multis in corporis locis
venas lymphaticas valvulosas *absorben-*
tes offendit, ostendere conabimur.

(A) QUUM apud omnes constet, vas-
fa lymphatica, Bartholiniana dicta,
venas esse; auctores, et magnus prae-
fertim Boerhaavius, ratione sequenti
argumentati sunt: “ Nulla est vena,
“ quin debeat habere suam arteriam;
“ hoc est, nullum vas potest deferre
“ versus cor, quin ab alio vase liqui-
“ dum suum deferendum receperit.
“ Quod enim liquidum versus cor mo-
“ vetur, id debet prius liquidum a
“ corde accipisse. Ergo vena ab aliis
“ vasibus suum liquidum habere debet.
“ Et ex eadem ratione vas lymphati-
“ ca, quae versus cor reducunt, de-
“ bent ab aliis vasibus suum liquidum

* accepisse, neque ea alia vasa venae
 esse possunt. Nam venae recipiunt,
 quod adtulerunt arteriae. Ergo lym-
 phatica vasa serum suum debent ac-
 cipere a quibusdam arteriis, uti om-
 nes venae ab arteriis accipiunt: Hinc,
 uti videmus venas lymphaticas esse;
 sic etiam necesse est, dari lympha-
 ticas arterias invisibiles, a quibus
 venae lymphaticae liquidum accipi-
 unt *.

IN prima vero hujus argumenti sen-
 tentia occurrere petitionem principii,
 quis non videt? Si enim nullum vas
 potest deferre versus cor, quin ab alio

* Boerhaave meth. stud. med. ab Hallero-
 evulgat. p. 7. S. 6. c. 2. p. 444. et in institut.
 medic. § 246.

vase liquidum suum deferendum re-
ceperit, tunc certe dantur arteriae
lymphaticae. Dari autem per totum
fere corpus venas inhalantes, venas
haud ab arteriis origines ducentes,
nemo ignorat; et paſſim certe in ope-
ribus suis Boerhaavius ipſe earum me-
minit.

(B) A multarum in corpore nostro
partium colore, ſectione, obſervatis
microſcopicis, injectionibus, inflam-
mationibus, a rei denique ratione,
multas eſſe arterias, liquores fanguine
rubro ſubtiliores vehentes, pellucidos,
omnino comprobari videtur. Et hinc
nonnullis veriſimile videri potest, ve-
nas lymphaticas valvulosas, quae fi-
miles humores adferunt, ab hisce ar-
teriis accepiffe.

Hoc vero statuere minime licet, nisi prius demonstratum sit, humores hofce pellucidos haud per alias venas ad cor deferri; nisi nexus, qui inter arterias lymphaticas venasque lymphaticas valvulofas intercedat, experimentis ostendatur; vel denique evictum sit, venas lymphaticas valvulofas ab alio fonte primum suum exortum ducere non posse.

HUMORES vero pellucidos, per venas valvulis destitutas, in sanguinis maffam, multis in corporis locis, redire, inflammations et injectiones commonstrare videntur. Sic etiam, quum per venas rubras sanguinem rubrum, ex Lentis crystallinae in foetu arteriis, ad cor reduci quis concefferit; nonne ei simul concedendum, per eas-

dem venas, humores arteriosos, in adulto pellucidos futuros, reducendos fore? Hinc, ex harum partium analogia, ratiocinanti colligitur, humores, sanguine rubro tenuiores, reliquis etiam in corporis locis, per venas pellucidas, sed valvulis destitutas, venis sanguineis rubris reddi.

DE propositione 2da et 3tia, ex ordine enarrato, fusius postea agetur.

(C) CONTENDERUNT etiam, tales arterias, et venas lymphaticas hisce respondentes, omnino necessarias esse, ut fluidum, ex quo lympha ablata est, minimum ad tempus fiat specifice gravius *, ut secretiones rite peragantur;

* Hambergerus in phys. medic. § 474.

vel ne nimium in venis sanguineis abundet lympha, ex motu in iis lentiore noxia futura †.

HYPOTHESESIBUS huicmodi, quae vix veri speciem praesertim ferunt, argumenta varia opponere non opus est.

(D) Post mortem, et quoddam per tempus, persistare lymphae motum animadvertisse. Hujuscce rationem ita explicant auctores, Quod, post mortem, cordis sinister ventriculus diutius pulsare persistit, quam ullus sanguis ei a pulmone transmittitur ‡. Si vero nullus sanguis ei transmittatur, qualem, quaeso, liquorem expellit? Sin expel-

† Cowper in introduction to Bidloo's tables.

‡ Lister, de humoribus, cap. 22. p. 197.

lat, motus sanguinis in venis rubris cur non etiam perstat? Denique, hypothesis haec accuratioribus ill. Halleri observatis adversatur *. Si vero lymphaticas inhalare ponas, tunc rei ratio haud tam obscura videtur. Dum enim vasorum et fibrarum animalium vis contractilis obtinet, qua, dum calet animal, gaudent, humores, ab earum osculis patulis sorpti, moveri pergunt.

(E) AQUA etiam statim post mortem injecta, dum calet adhuc animal, felicius repleri posse vasa lymphatica, observat Nuckius †. Reliquas vero corporis venas statim post mortem felicius repleri, neque a Nuckio ani-

* Vid. Halleri experim. in act. Göttingens. tom. 1.

† Nuckius in Adenographia.

madvertitur, neque apud alios autores, certa fide, quatenus novi, constat. Quam ob rem, in continuatione vasorum rei ratio non occurrit. Ex supra dictis vero clare patet. Cellulosae scilicet et corporis cava aquis inflantur, quae, ab osculis venarum lymphaticarum hiantibus avide abreptae, vi partium contractili promoventur.

(F) RELIQUÆ venae, quas ab arteriis produci certo novimus, hisce tantum in locis, ubi vel vagis muscularum succussibus subjiciuntur; vel arteriarum ictibus exponuntur; vel denique ubi metuendum effet, ne a compressione valida externa humorum cor versus progressus impediretur, valvulis donantur, Hinc encephali, thoracis, et

abdominis venae, in genere *, valvulis
destituuntur. Venae autem lymphati-
cae, non tantum in ramis suis mag-
nis, sed in minoribus, quoisque eas
unquam prosequi possem, et uti a va-
forum lacteorum analogia † verisimile

* In genere loquimur. Valvulae enim ad
venae coronariae ostium, ad venae cavae infe-
rioris in auriculam cordis insertionem, in venis
spermaticis, et in vena azyga, reperiuntur. Et
in venae azygae curvatura, ad pollicis circiter
ab ostio ejus in cavam superiorem distantiam,
in pluribus cadaveribus binas valvulas inveni;
quarum memini, quoniam ab Ill. Hallero ne-
gantur, vel faltem in dubium revocantur. In
prima enim prim. lin. physiolog. editione, val-
vulas in azyga se nunquam vidisse profitetur;
et in ultima editione haec habet (§ 53): “In a-
zyga, sed raro, visae sunt”, valvulae scilicet.

† Valet apud anatomicos opinio, valvulosa

mihi videtur, haud procul etiam ab origine sua, valvulis creberrimis stiptantur *.

tantum esse vasa lactea, quum primum ab intestino recesserint ; quam fovet etiam Haller in prim. lin. physiolog. § 720. Undenam ortus sit hic error, intelligere nequeo. In tribus enim cadaveribus, in quibus vasa lactea, inter tunicas intestinalium decurrentia, mercurio ac aliis fluidis replevi, ingentem valvularum numerum offendi, quae fluidis retropulsis pertinacissime sese objiciebant.

* Vasa lymphatica superficie pulmonis reticulata fine valvulis, Cel. Ferrein demonstrasse perhibetur; quod tamen tantum abest, ut ab aliis anatomicis firmetur, ut omnes vasa lymphatica pulmonum, ac in aliis partibus, valvulis crebris ornata descripserint. V. Kaau Boerhaave de perspir. dicta Hippocr. § 627. Et in canibus vivis vasa lymphatica pulmonum valvulosa

PERPLURES vero valvulae quid efficere valeant, considerandum est, ut

vidi ; et in hominis cadavere, aerem, mercurium, et ceram in chyli receptaculum dictum, et ductum thoracicum, saepissime infudi; nunquam vero tam felici mihi esse contigit, ut vasa lymphatica pulmonum ingrederetur, sed valvulis obstantibus, vel ad eorum in ductum thoracicum insertionem, vel haud procul ab ea, materia injecta semper constitit. Venas denique lymphaticas, glandulas pulmonum lymphaticas, bronchiales dictas, sive unites, valvulis creberimis in homine instructas inveni. Praeterea, qui talia detexerit vasa, sine dubio liquores cursu retrogrado injecisset, ut eorum distributionem et primas origines exploraret et detegret ; de quibus tamen altum est silentium ; videlicet Ferrein apud Montagnat. Lettre sur un nouveau genre des vaisseaux, et dans mem. de l'acad. des sciences.

singularis prorsus fabricae causa clarius patescat. A physiologicis enim obscure fatis expediri solet. Multi quidem valvularum venosarum usum in genere exposuerunt ; rationem vero, ob quam adeo stipentur valvulis vasa haec, intactam fere reliquerunt *. Reperiuntur equidem, qui rem disertis verbis tractarunt, sed qui eam acutestigisse vix videntur. Ita Nuckius, dilatationi pariter ac contractioni destinatas esse valvulas, conjecit † : Valvulasque lymphaticorum tanquam totidem exiguos musculos, primi impellentis motum continuantes, con-

* Uti Haller. in prim. lin. physiol. § 55.

56. 720.

† Nuckius Adenogr. cap. 3. p. 44.

siderarunt Listerus et Bergerus *. Ac haud ita pridem Cel. Hambergerus; rejectis aliorum de hac re sententiis; genuinum earum usum se primum ostendisse jactat. Quem ita exponit: Quod debiles admodum adeoque tenuissimi parietes vasorum lacteorum esse debebant, ne actioni chyli in tunicam intestinorum villosam ex adhaesione, qua vasa chylifera replentur, elatere suo resisterent: Hinc valvulis crebris donantur, quibus aptissime eorum tunicae, alias nimis debiles, roborantur, ut extensio harum nimia impediatur†. Valvulas vero hasce inter causas motum chyli determinantes non retulit; quia alias vires sufficientes chyli re-

* Lister de humor. c. 23. p. 230. Berg. in phys. med. p. 83.

† Hambergerus in physiol. med. § 775.

trogressum actu impedientes adesse credidit. Et hae vires si non sufficissent, unica tantum valvula, in quolibet vasorum lacteorum trunco ex intestinis prodeunte, proxime ad intestina fuisset necessaria; omnes igitur, aut saltem plerasque, caeteras superfluas esse profert *.

CAUSAS vero, ob quas tenuissimi debilesque admodum esse debent vasorum lacteorum parietes, nec satis aperatas reddidit, nec adeo debiles esse monstrant experimenta, vel eorum post mortem spontanea evacuatio. Fac vero, tenuissimas debilissimasque eorum tunicas esse oportere: Valvulas ideo geminatas crebras, ad ea robo-

* Hamberg, physiolog. med. § 774.

randa, naturam in auxilium vocare, nullo modo cum ejus simplicitate ac sapientia congruit. Has enim, si nihil fluidorum progressum juvent, illum impedire, seque fluidis ingressum quaerentibus objicere, patet. Sphincteres igitur vel fibrae tendineae, tunicis eorum externis circumjectae, cundem effectum, aptius multo, praestitissent. Quo praeterea in loco maxima sit fluidi pertransfuntis copia et velocitas, et exinde maxima tunicarum distractio, id est, in ductu thoracico, maximus esset valvularum numerus; in eo vero longioribus multo intervallis distant valvulae, ut vix unquam ultra octo vel novem valvularum paria in eo videbim.

SED profecto nihil opus est, ad cau-

fas has obscuras confugere; quum va-
forum horum decursus, in quo arteri-
arum, circa quas ludunt, ictibus, mus-
culorumque succussibus, singulari pror-
fus ratione, objiciuntur, cur adeo sti-
pentur valvulae, nobis ipse indigitet.
Siquidem per totum suum tractum u-
no eodemque tempore comprimeren-
tur, una quidem valvula idem ac mag-
na valvularum copia efficeret. Quum
vero arterias multis in locis tantum
pertranseant, et pressio externa ad
hanc vel ad illam vasis partem solum-
modo admoveatur; valvulae longis
intervallis distantes, ob spatii intercep-
ti amplitudinem et fibrarum longitu-
dinem, facilemque hinc extensionem,
ad fluidi progressum adjuvandum vix
quidquam contulissent. Vibratio e-
nim talis vel compressio cum magno
spatio communicata, et hinc pro e-

jusdem amplitudine divisa et diminuta, fluido ultra primum valvularum par impellendo inepta fuisset. Quo plures vero adsunt valvulae, et quo magis constipantur, eadem fere in ratione augebitur pressionis externae effectus. Minima enim vis spatiola per exigua, in quae sic partiuntur, feriens, valvulas primas fluidum praeteragit; cuius refluxum et redditum hae dein intercipiunt. Hunc itaque in finem valvulis creberrimis instruuntur, ut omnis organi vicini pressio aut percussio, exigua licet, lympham provehat. Quod non tantum recte cogitandi modo, sed etiam experimento, consentaneum est. Vix enim vas lymphaticum mercurio turgidum manibus contrectari potest, quin mercurius propellatur et sursum ascendat; vena vero

rubra, quae paucioribus valvulis gaudet, multo fortius percutienda comprimendaque est, ut idem fiat. Ex hoc etiam ductum thoracicum valvulas pauciores adeptum esse videtur, quod arteriae magnae parallelus fere et vicinus ascendit, hincque magna ejus portio inter cordis systolen semel et simul percutitur.

Ex hisce perspicuum sit, vasa lymphatica virium externarum ope quam maxime indigere, ut rite progrediantur fluida. Indigere vero propter liquoris sui tenuitatem et originum suarum ab arteriis subtilitatem, hincque virium cordis et motus defectum, minime veritati vel verisimilitudini congruum videtur. Nam encephali prae-

fertim arteriae in ramos fere ultra i-
magineandi vim tenues disperguntur,
qui liquidum humore lymphatico mul-
to subtilius, et in toto forte corpore
subtilissimum, tenent, quod vero haud
tam ab arteriarum pulsu aut contrac-
tione promovetur, ac in aliis corpo-
ris locis; quoniam earum tunicae e-
gregie tenuiores, quam alibi depre-
henduntur, et pulsu debili agitan-
tur, neque progressus ejus a muscu-
lorum vibrationibus adjuvatur; ve-
nae tamen hisce arteriis respondentes
nullis omnino valvulis muniuntur.
Nec quidem in ductibus glandularum
excretoriis, ubi liquorum motus quam
maxime languet, reperiuntur valvu-
lae: Nihil enim obstat, quo minus li-
quores in eos injecti in arterias re-

pellantur *. Exinde apertum fit, motum tam languidum ab arteriarum in ramos subtileis divisione non oriri, ut valvularum ope natura uti cogatur in cursu humorum dirigendo et promovendo. Hinc valvularum ingens in venis lymphaticis numerus indicare videtur, vasa haec haud ab arteriis reflexis efformari, venarum vero inhalantium systema esse, in quibus humores, a tunicarum suarum contractiōnibus, et a vicinarum pressione, conversus urgentur ; non autem a cordis energia, a tergo prementis, progressum suum in primis derivare.

* Vid. Nuckium in Adenographia. Sic et ipse per ductum hepaticum, cursu retrogrado, venam portarum aqua replevi.

NUNC ad experimenta anatomicorum celebrium examinanda accedimus, quibus arterias lymphaticas, venis hisce respondentes, tam aperte et indubie demonstrasse, opinio est, ut nullus adhuc reperiatur, qui haec experimentis propriis refellere, vel ratiociniis labe-factare, contenderit. Aerem nempe, aquam, mercurium, vel ceram, in vas a rubra immissum, redditum sibi per vas lymphatica quaerere invenerunt *;

* In arteriam renalem Nuckius in Adenog.
p. 61.

Cowper on tab. 43. fig. 5. Bergerus in physiolog. medic. p. 78: "Quemadmodum
" pari successus usu in arteriis renum, et vis-
"cerum ac membrorum aliorum, evenire expe-
"rimur." Lister de humorib. c. 20.

In venam renalem Nuckius p. 61. Cowper

quod aliter, quam per vasorum anastomoses et nexus fieri, nemini suspicatum habere contigit.

Si vero ad experimenta, uti ab iis ipsis enarrantur, animum advertimus, alia prorsus ratione, ac visum est, venarum lymphaticarum repletionem contingere, haud immerito conjicere licet.

on t. 43. fig. 5. Lister de humorib. c. 20.

J. Con. Brunner de glandul. duodeni, c. 7.

Bartholinus de diaphragm. p. 93.

In art. splen. Bartholin. filius. Nuck. p. 52.

Cowper on Bidloo, t. 36. fig 1.

In venam splen. Cowper on t. 36. f. 1. Morgagni adv. anat. 2. anim. 47.

In venam spermatic. Nuckius p. 53. Cowper on t. 46. and in appendix to Bidloo;

(G) NUCKIUS enim, qui, industria sua, experimentorum numero et fideliter eventus enarratione, optime de hac re meretur, in capite Adenographiae, quo sententiam suam de harum origine declarat, haec habet*: “Aere
 “in arteriam splenicam adacto, plu-
 “rimas exiguae in superficie lienis
 “elevari vesiculas, et ex iisdem ves-
 “culis vasa prodire lymphatica flatu
 “etiam turgida, vidi.” Ex quo liquet,
 quod Nuckius etiam affensu suo com-
 probat, in liene haud immediate, sed
 intermediis vesiculis ab arteriis, oriri.
 Sed quales, quaeso, hae sunt vesiculae?
 Vesiculas enim, oculo nudo et tam aperte conspicuas, praeter telae cellulofae cellulas ignoro; et, spiritus in arte-

* Nuckius in Adenographia, p. 52.

teriam splenicam fortius adactus, quae
Nuckii ipsissima verba sunt, quam fa-
cile in visceris hujus tenerrimi cellu-
lofas irrumpat, neminem expertum
latet. Hinc, nisi forte ramos venarum
lymphaticarum dilaceratos ingredia-
tur flatus, ab hoc experimento con-
staret, exortum suum primum in lie-
ne a cellulosis ducere, i. e. inhalare.

(H) ACCURATISSIMUS Morgagni *,
aere in venam lienis, quo, uti recte
notat, usus est Nuckius, moderate im-
misso, lymphae ductus, superficiem e-
jus perreptantes, se implevisse, nos mo-
net. Quod grave, uti contra nos pri-
mo intuitu videri potest, testimoni-
um, non tantum dilui, sed in senten-

* Morgagni adv. anat. 2. animad. 47.

tiam receptam firmum suppeditare argumentum, ostendere conabimur. Dum enim attento animo ipse experimentum in eo, sequentia occurruunt.

MATERIA ceracea tenuis, in vituli arteriam splanicam immissa, hanc in ramos subtilissimos dividi ostendit. Aer immissus non sine vi quadam cellulosis immiscetur; antequam vero immisceatur, nec vasa lymphatica subingreditur, nec venae quidem lienalis truncum, per finum lienis directione longitudinali latum, turgidum reddere videtur. Mercurius infusus haec clarius oculis subjicit.

CERA vero, mercurius, vel aer moderate, immo lenissime, in venam splanicam infusi, statim omnes lienis cel-

lulas sive unctuosa, ei vesicae cellulose
speciem prorsus conciliant, ac si pertu-
sis ejusdem membranis tubulus cellu-
lofis infereretur: Vix vero, ac ne vix
quidem, in arteriae ramos viam re-
trogradam inveniunt. Venae trunco
in bove per totam suam longitudinem
inciso, tunicae ejus ubique foramina-
bus pertusae conspicuntur, ad quae
partes lienis rubrae, instar tot fungo-
rum, protuberant. Si flatus uni ho-
rum foraminum, eadem cum venae
trunco servata directione, immittatur,
pone venae truncum per aliud statim
egreditur; transversa vero directione
infusus, cavitates vel cellulas subit,
quae libere secum invicem commu-
nicant. Stylo caute in haec foramina
dimisso, et inciso liene, rubram vel a-
tro-rubram substantiam, membrana te-

nuissima obductam, cernimus, quae auriculae cordis in quibusdam anima- libus membranam internam quodam- modo refert; sed quae vix ullam cum venarum tunicis in aliis corporis locis habet similitudinem. Nec regularem ramorum seriem deprehendes; sed ca- va potius communicantia ubique, et quae, aere turgida, exsiccata, incisa, cellulas irregulares exhibent. Aqua tepida in venam lienis et hinc in has- ce cavitates infusa, liene leniter ma- nibus agitato, vasa lymphatica, super- ficiem ejus perreptantia et inter tuni- cas sita, implet; dupli enim in vitu- lis membrana cingitur: Unde forte vulgaris, de dupli lienis membrana in homine etiam, error emanavit. Nunquam vero vidi acrem inflatum ante haec replere, quam inter tunicas

irruperit ; id quod infuso mercurio
clarior evincitur. Hinc forte aqua e-
tiam inter membranas penetraverit
prius, quam ea subierit ; quod tamen,
utrum evenerit, nec ne, dicere nequeo.
Aer autem vel mercurius, inter tu-
nicae lienis infusus, vasa lymphatica
facillime replet; sed, per ramorum di-
lacerationem hoc contingere, aperte
et indubie cernitur *.

* In venis hisce lymphaticis, ubi lienem re-
linquunt, et vasis magnis rubris se socias addunt,
valvulae occurunt, quae fluidis retrogressum
vetant. Inter membranas in ejus superficie
valvulae etiam reperiuntur; sed quae paucio-
res sunt, et vix fluido commeatum liberum
in omni directione denegant. Hinc, in unum
ramum, superficiem lienis perreptantem, im-

IN liene inciso quam plurima corporiscula albicantia conspiciuntur, Malpighio visa, et pro glandulis habita.

Ex quibus omnibus apertum fit, auctorum experimenta allata, ullum

missò flatu, magnus venarum lymphaticarum plexus, totum lienem circumvestiens, in conspectum venit. Nunquam vero fluidum ex hoc plexu in cellulas aut cavitates lienis, vel in vas a lienalia, adigere possem. Inde valvulas ad eorum initia adesse videtur, quae humoris cursui dirigendo infervire possunt. In superficie plexu non adeo forte stipantur; quoniam compressio, inter respirationem aequabilis, in omnibus, uno eodemque tempore, humoris cursum promovet: Adfunt iterum plures, quo loco vasa magna comitantur et ambiunt, ut ab unoquoque arteriarum ictu propelli possit humor.

vasis lymphaticis cum arteriis aut venis rubris lienalibus commercium rectum, vel ramorum anastomosin, comprobare minime: E lienis vero cellulis vasa lymphatica humores suos forbere, potius verisimile reddi.

(I) HAUD inepte etiam quaeri potest, qua ratione mercurius tam facile venas lymphaticas ingrediatur: Quum partes ejus tanta tenacitate gaudeant, ut vix ab arteriis in venas rubras propelli possit. Venas enim lymphaticas, si ex arteriis procedant, venis rubris multo tenuiores esse, nemo, credo, inficias ibit*. Vel, si viae tam

* Si etiam verum esset, globulos in lympha conspicī posse, quorum 36 globulum rubrum efficerent; Ex hoc tamen globuli rubri

patentes sunt, cur non etiam sanguis
rubor easdem in vivo repetit? Hoc
noxiū futurum esse, vel variis poro-
rum et particularum figuris deberi, vix
ullus puto hodie cum Nuckio respon-
debit*. Haec enim jamdudum exsi-
bilantur,

(K) CowPERUS vero experimentum
ad tulit †, et ex quo, uti mihi videtur,
potissimum collegit, quae de vasis hisce
et de corum ortu venditat, quod rei
causam multo obscuriorē reddit: Se,
scilicet, saepius, sed irrito conatu, mer-

vel arteriae ultimae rubrae diameter, globuli
lymphatici vel arteriae ultimae lymphaticae
diametro, ter et amplius major est.

* Nuckius in Adenog p. 53.

† Cowper on Bidloo, t. 46. et in append.

curium ab arteria spermatica in venam comitem impellere, vel ex hac in illam repellere, tentasse; ex vena vero spermatica haud difficulter in vasa lymphatica mercurium penetrasse.

Ex quo igitur constat, vias inter venam spermaticam et vasa lymphatica magis patulas esse, quam inter venam spermaticam arteriamque comitem, ex qua tamen globulos sanguinis rubros accipit, qui proinde in vivis semper in funiculi spermatici vasis lymphaticis invenirentur; vel, aucta nimis mercurii pressione, extra venam prorupisse, dein se in lymphatica insinuasse. Et hac, non illa vero ratione, se rem habere, saepenumero expertus vidi. Dum enim mercurii altitudinem in-

strumento apto* lente augerem, ex arteria spermatica in venam sociam tandem impuli; sed, si nulla esset va-
forum ruptura, aut mercurii effusio,
vacua manebant vasa lymphatica: Rup-
tis autem, vel casu, vel consilio, in-
tra testiculi tunicas arteriae ramis, vix
in venam penetravit; sed lymphatica
mercurio turgida brevi in conspectum
venerunt.

Ex hoc experimento lucem accipit,
quod merito quibusdam paradoxon
visum est †: Liquoribus rubras in ve-
nas scilicet infusis, vasa lymphatica
repleri. Parum enim refert, utrum

* Quod vid depictum in Dis. mea inaugu-
ral. de testibus et de semine, tab. 5.

† Illust. Haller.

in arterias, an in venas, injiciantur flu-
ida, si ab extravasatione tantum haec
repleri possint,

(L) THEORIAM suam de variis poro-
rum et particularum figuris Nuckius
observatione tuetur, quae aegrius ex-
sententia recepta patescere potest.
 “ Mercurius nempe, licet admodum
 “ mobilis, in arteriam splenicam in-
 “ jectus, nullo modo lymphatica lie-
 “ nem perreptantia subingreditur;
 “ quum tamen infusus aer haud diffi-
 “ culter ea distendat: Contra, variis a-
 “ liis in partibus, nihil plane valet aer;
 “ in quibus tamen mercurius facilem
 “ viam invenit*. Si enim vasa lym-
 phatica ex arteriarum ramusculis re-

* Nuckius in Adenographia, p. 54.

flexis producerentur; tum fluidum subtilissimum et tenuissimum, sive aer sive mercurius esset, semper et in omni casu facilis in ea penetraret et repletar. Puta vero in cellulosas delabili oportere fluidum, antequam ea subeat; tum in viscus laxioris et debilioris fabricae, qualis est lien, experiento capto, aeris infusio, quae vasis disrumpendis sufficit, nec tamen ea ad se invicem adprimit nimis et arctat, felicius cedet: Contra, in aliis firmioris fortiorisque compagis partibus, nihil plane valet aer, quoniam tanta vi inflari nequit, nisi machina adhibetur, ut in telam cellulosam irrumpat; et hinc mercurius, ex pondere suo, aptius usurpatur.

MEDICUS Berolinensis *, vir etiam in re anatomica peritus, hepar ex infante mihi monstravit, in cuius superficie vasa lymphatica valvulosa, cera, quam in arteriam hepaticam injecerat, turgida, clare cerni adfirmabat ; nullam vero adparere vasorum rupturam, vel cerae effusionem. Fallaciam vero hanc, quae viro probo imposuerat, accurata rei contemplatio haud difficulter fane detexit. Si enim ab arteriis continuo ductu in venas lymphaticas transiisset cera, ramusculos certe arteriae hepaticae subtiliter replevisset ; porro, et arteriae et venarum lympha-

* D. Dr. Loefseke, quem nuper fato functum boni omnes ac medicinae cultores merito lugent.

ticarum rami cera turgidi clare se invicem distinguendos obtulissent; illius enim rami ubique cylindraceos et aequales, harum vero rami et ramusculi omnes nodosos et valvulis interruptos, sese indicassent.

IN hoc vero praeparato, cera vas subtilissima minime impleverat; sed crassiora tantum subiisse videbatur. Arteriae et venae valvulosae lymphaticae notis suis discernendae non aderant: Nam, si in una parte vas quodam venae lymphaticae nodosae speciem prae se ferret; in alia, vel in aliis ejusdem ramis, cylindraceum, nodis haud insignitum, adparuit. Non nullis praeterea ramis, qui etiam nodosi viderentur, fines crassos et abruptos quasi clare discernere potui. Unde

ultra dubii vestigium comprobatur, speciem hanc in quibusdam partibus, fluidis solummodo aquofis, injectioni ceraceae in arteriae hepaticae ramos infusae commixtis, et inter partes eius interceptis, deberi. Quod haud raro contingere, ab iis qui injectiones exercent, jamdudum observatum et cognitum fuit *.

HISCE typis mandatis, alia praeparatum hocce examini subjiciendi occasio mihi, a Do. Jumperto, beati Loefiske rerum curatore, oblata est, et qui graviter de supra dictis conquestus fuerat; in qua luce meridiana clarius comprobatum dedi, fatente ingenuo ipso

* Vid. Monro on the art of injecting, in the Edinburgh Med. Ess. v. 1. art. 9. p. 88.

Do. Jumperto, ne quidem unicum in toto hoc hepate vasculum lymphaticum valvulosum repleri, sed arteriae hepaticae ramos crassiores pro iis habitos fuisse. Ac de ea re fusius egi, ut alii errorem vitent, in quem auctores nonnullos graves incidisse, haud levi de causa, suspicor.

(N.) VASA hepatis lymphatica in vi-
vo turgere, si modo venae portarum
ligatura injiciatur, tradunt Diemer-
broeckius et Heisterus *. Tam longe

* Diemberbroeckius in anat. c. 13. De va-
fis lymphaticis et de lympha. Si ligatura in-
ter ventriculum et hepar fiat, qua simul vena
portae cum ductu biliario comprehendatur;
mox enim, dummodo in animali vivo hoc ten-
tetur, inter ligaturam et hepar fit horum vas-

vero abest hoc experimentum a comprobandi virtute, haec a vasis sanguineis produci, ut omnino contrarium monstret. Vena portarum enim pro arteria hepatis maxima haberi potest, ex qua, si ex vasis sanguineis exorirentur lymphatica, maximus eorum numerus prodiret. Ligatura vero arteriae num aliquid facit in ramusculis ejus turgidis reddendis? Fac etiam, ab aortae ramis tantummodo provnire lymphatica, hinc in hepate ab arteria hepatica dicta derivari: Ligatura fane venae portarum injecta efficeret, ut sanguini ex arteria hac, in cavae ramos properanti, minor esset resistentia;

culorum intumescentia, quae multum increvit, si hepar manu leviter prematur. Vid. etiam Heister. in compend. anatom. § 217.

hinc minor fluidi in ea determinatio.
 Finge vero, lymphaticas absorbere:
 Tunc et phaenomeni ratio aperitur.
 A dolore enim, et summa anxietate a-
 nimali illata, omnes ejus vires exci-
 tantur; fibrae et vasa fortius contrac-
 tiones, quibus donantur, exercent;
 musculi in vibrationes fortes crebraf-
 que concitantur, quibus fluida, quae
 harum origines hauriunt, celerius pro-
 moventur; dum simul etiam impedi-
 tur lymphae progressus a ligatura, quae
 venae portarum injici nequit, quin
 lymphaticarum ramos magnos, quae
 eam cingunt et amplectuntur, com-
 prehendat.

Et a pressione externa potius, quam
 a fluidi per arteriam hepaticam velo-
 citate aucta, repleri, ab ipso Diemer-

broeckio, in loco citato, comprobatur.
Intumescientiam enim multum increscere, si hepar manu leviter prematur, animadvertis.

(O) FUNICULUM quoque spermaticum vinculo constringi, testes dein agitari et comprimi, jubent *, ut turgida se clare conspectui subjiciant vasa testium lymphatica ; quod, nisi ratione jam nunc praedita, aegre sane explicari potest.

(P) PORRO, leni compressione et agitatione, vasa lymphatica in visceri-

* Graaf. de viror. organ. genital. p. 36.
Diemerbroeck in anat. c. 22. haec habet :
“ Si aliquanto supra testiculos vasa sanguifera ligentur, tuncque testes agitentur ; mox observabuntur vasa lymphatica intumescere ”.

bus etiam corpore exfectis in conspectum duci, et Graafius et Ruyfchius docent*. Tam parca vero humoris copia in arteriis post mortem et post excisionem supereft, ut vix putari queat, per compressionem et agitationem ex arteriis in venas lymphaticas urgeri; sed potius humoris in venarum lymphaticarum initiis prius latenti, nunc vero in ramos majores adacto, deberi.

(Q) APUD plures auctores legimus, mercurium, aut ceram, in arterias mesentericas adactam, vasa ipsa lactea prospere repleuisse †; etiamque adfir-

* Graaf. de viror. org. genit. p. 36. Ruyfchius de splenis lymphae ductibus.

† Tyson of the Ourang-outang, p. 35. Cow-

mare haud dubitarunt, super intestina
ipfa immediatum inter arterias mesen-
tericas venasque lacteas dari commer-
cium *. Inde quum simili omnino fa-
brica gaudeant venae lymphaticae:

per on Bidloo, tab. 46. Manetus in theatro a-
natom. p. 168. et nuper Tarin in problem. a-
natom. Utrum scilicet, inter arterias mesen-
tericas venasque lacteas immediatum detur com-
mercium.

* Cowper in phil. transf. No 220. or in Low-
thorp's abridg. v. 3. p. 109. The lymphatics
derived from the extremities of the arteries, join
with the lacteals before they leave the external
surface of the intestines. Tarin l. c. Quum
vasa lactea primi generis per aortae truncum
materia ceracea replevisset, exinde, dari iis
cum arteriis commercium immediatum consta-
re, profert.

Non sine verisimilitudinis quadam spe-
cie aliquis forte opinari potest, his eti-
am tale cum arteriis esse commercium,
vel arterias dari lymphaticas, unde,
in quibusdam saltem locis, venae lym-
phaticae ortum suum sumant. Quum
vero tam in aperto, tam apud omnes
in confessu sit, venarum lactearum eum
esse usum, ut chylum ab intestinorum
cavo absorbeant; hauustum in sanguinem
nem deferant: Patet omnino, nexum,
si ullus iis cum arteriis intercedat, u-
sus tantum secundarii esse posse. Pro-
inde, si liquores in arterias immis-
sas etiam lymphaticas fine effusione
transirent, quod tamen nondum cer-
to esse factum demonstrare laboravi-
mus; ab analogia ostenderet tantum,
valere inter illas, ut inter venas lac-
teas, in progressu suo commercium

et communicationem usus secundarii cum arteriis. Nos vero experimentum hocce de commercio inter arterias venasque lacteas ineuntes, eventus ad corollarium huic ex diametro oppositum duxit ; uti jamjam explicandum veniet.

(R) SUPRA commemoravimus, nos saepissime mercurium in arterias, sensim aucto ejusdem pondere, immisisse ; nunquam vero tam fausto eventu, ut in venas lymphaticas, vasis integris, transiret ; extravasatione autem facta, sive in arterias venasve, sive in ductus excretorios, sive in ipsas cellulofas, infunderetur, venas lymphaticas repleri posse.

QUOD experimenti genus, variis in

vifceribus, variisque infusis liquoribus,
simili omnino cum eventu perpetuo
nobis cessit.

DE experimentis in hominis et qua-
drupedum testiculis sumptis, in Differ-
tatione inaugurali fusius diximus; et
supra quaedam etiam ad literam K.

EXPERIMENTA in liene vitulino ad
literam H. videre licet.

IN hepate etiam institutis par fuit
successus. Post subtilem, scilicet, sed
justam repletionem, nulla in conspec-
tum prodierunt vasa lymphatica. Su-
bito vero ac violenter in hominis ar-
teriam hepaticam immissa cera, vasis-
que disruptis, vasa lymphatica, venae
portarum vesicaeque felleae tunicas

perreptantia, inque partis hepatis inferioris fulcis sita, bis egregie replevi. Neque ab arteriarum surculis origines suas ducere, exinde certa fide constitit, quod arteriarum rami tenuiores ceram non admiserant; et, dum eorum origines cultro explorarem, ramos nullos valde subtilem deprehendi, sed variis in locis, et in hepatis ipsius substantia et inter vesicae felleae tunicas, cellulofas materia effusa plenas, ex quibus in vasorum lymphaticorum ramos, evidenter dilaceratos, ceram urgere potui.

CONSIMILI prorsus ratione; infusa, scilicet, vehementer in hominis aortam materie glutinosa, cinnabare tincta, ventriculi ipsius et intestinorum quamplurima vasa lactea primi gene-

ris, inter tunicas eorum decurrentia,
replevi.

Et quidem in ventriculi latere ante-
riore plexum vasorum lacteorum in-
signem animadverte, cuius rami sculi
in plures ramos majores concurrentes,
inter tunicam externam et muscula-
rem, ad curvaturam ejus minorem a-
scendebant; ibique ex ventriculi tu-
nicis emergebant. Ubinam vero fini-
rentur, pro certo dicere nequeo. Nam,
propter fluidi extravasati copiam, eos
ulterius persequi non potui. Quum
autem in venas gastricas rubras mino-
res non infererentur, et in venae gastri-
cae superioris truncum terminari ve-
risimilitudini repugnet; in ductum i-
deo thoracicum definere, mihi omni-
no vero proprius videtur.

IN intestinis tenuibus, plurima vasa
la^ctea materiem coloratam receperant.
In intestinis crassis, unicum tantum, ad
curvaturam coli sinistri lateris superi-
orem, deprehendi: Quanquam, inte-
stina crassa multis vasis lacteis donari,
certo novi.

VASA haec la^ctea seu valvulosa esse;
eorum decursus; species nodosa; et hoc
porro, tam certum quam quod certissi-
mum, effecit, quod materies semiflui-
da in ramos majores facillime propel-
li, sed non repelli in minores potuit.
Per extravasationem repleri, indubi-
um fuit: Quoniam in quo loco effusa
fuerat materies, ex eo tantum prove-
niebant; et nonnullis in partibus, ra-
mos tantum crassiores subierat materi-

es, quae etiam ex cellulosa poterat in eos urgeri.

Ex quibus jure meritoque colligere licet, *Nullum inter arterias meseraicas venasque lacteas immediatum, super intestina ipsa, comprobari commercium*; quum celeberrimos, qui id venditarunt, anatomicos, simili experimento deceptos *, haud temere ponamus. Nec, dum matres ceracea ex arteriis in vasa lactea secundi generis transit, anastomoses ideo subtile ramusculorum quaerere licet. Hoc enim per extravasationem intra glandulas conglobatas mesentericas contingere posse, longum est, ex quo observavi *.

* Tyfon, Cowper, Mangetum, et Tarin, su pra citatos.

† Praeparata haec vasorum testiculi, lienis

HAEC experimenta auctores faltem refellunt, qui, a fluidorum in arterias immissione, et subsequente vasorum lymphaticorum repletione, arterias lymphaticas indubie demonstrari contendunt.

HAEC vero simul commonistrare, a cavis et a cellulosis vasa lymphatica origines suas primas ducere ; i. e. ostia vasorum lymphaticorum patula in haec hiantia, et primos eorundem fontes ac exortus, invenire et subire fluida arte infusa ; a vero omnino alienum nobis videtur. In plerisque enim ex-

hepatisque lymphaticorum : Ventriculi intestinorumque lacteorum, liquoribus aptis condita conservamus ; pluribusque haec Berolini demonstravimus.

perimentis clare patet, tenerrimos horum vasorum ramusculos dilacerari, et per ramusculos dilaceratos aditum si-
bi quaerere fluidum; quapropter in omnibus idem contingere, omnino credibile fit. Et semel ingressus mercurius facile, ob valvulas, ulterius ulterius usque propelli potest.

(S) LYMPHA ex proximo de arteriis educi creditur; quum coloris flavescentis et aliquando rubicundi deprehendatur*. Hoc quidem vel ex eo oritur, quod arteriarum fines, qui venarum lymphaticarum principia fin-

* Haller in pr. lin. physiolog. § 181. et auctores plures qui lympham cruentam viderint citatos vide apud Haller. in element physiolog. t. 1. l. 2. f 1. § 28.

guntur, usque adeo dilatantur et am-
pliantur, ut tales globulos admittant;
vel, quod arteriarum rami laterales in
cellulosas, et in cava exhalantes, eos in
haec dilabi finunt. Hoc vero, quum
variis in corporis locis saepe contingat,
illo vero proprius videbitur.

Et ab extravasatione, aliquando fal-
tem, lympham et chylum colorem ru-
bicundum mutuare, vel sanguinolen-
tum evadere, Wepferi * experimen-
tum quoddam confirmare videtur. Ca-
ni scilicet majori mercurii sublimati
drachmam, cum mica panis in bolum
redactam, hora octava matutina, exhi-
buit. Vix quadrante horae elapso,

* Wepferus de cicut. aquat. p. 300. 1. 2.

magno nixu vomere coepit. Circa horam nonam, mucum cruore tinctum, postea magis magisque cruentum, et ultima vice atro-rubescentem, evomuit. Circa sextam vespertinam, foeces cruentas excrevit, postea nigras et piceas. Postridie, in stabulo canem mortuum invenit. Ductus thoracicus et chyli receptaculum lymphä cruenta plena erant. Sed, aperto abdomine, plurimum sanguinis extravasati inter hepar et ventriculum in hypochondrio sinistro, ut et intra duplicaturam omenti circa ventriculum, invenit. Ventriculus muco cruento, spumeo, viscido, plenus; similis mucus in toto reliquo intestinorum ductu conspiciebatur; in recto, foeces pice nigriores. Ablata tunica fibrosa gulae et ventriculi, inter illam et tunicam nerveam, sanguinem

grumosum extravasatum in plurimis locis reperit, ut et in plerisque intestinis inter has tunicas.

CUTIQUE canis incisae admoto arsenico, similis omnino sanguinis in tellam cellulofam, ventriculi in primis et intestinalibus, observata est extravasatio. Vid. D. D. Sproegel diss. inaug.

IN sanguinis extravasatione igitur lymphae cruentae causam quaerere licet. Nam a vi tam vehementi, tamque subito admota, rumpuntur vasa; tantumque dilatari patiuntur minime. Experimenta vero praedicta monstrant, facile ab extravasatione impleri posse vasa lymphatica, ut et lactea.

CIRCUMSPECTIS experimentis et argumentis variis, pro arteriis lymphaticis venis lymphaticis valvulosis respondentibus, rationibusque subductis, sententiam hanc iis non tantum non stabiliri, sed et haec etiam, eas abforbere, haud levem suspicionem injicere, ostendere operam dedimus. Supereft, ut demonfremus, ostiolis eas patulis, multis in corporis locis, fluida haurire.

(T) ET, quod omnino admiratione dignum est, auctores ipsi, qui acriter pro arteriis lymphaticis, uti primis venarum lymphaticarum fontibus, pugnant, experimenta nihilominus tradunt, quae, has excavis humores forbere, potius evincunt; quanquam tam conclusionem haud collegerunt,

Ita Nuckius * in capite, cui titulus est,
 De Vasorum Lymphaticorum Origine,
 ea, si quae de lymphaticis lienis conje-
 cerit excipias, in genere ex arteriis de-
 rivat ; postea vero vasa renum lympha-
 tica, per fluidi in ureterem et in pelvim
 renum infusionem, replere docet ; et
 porro animadvertisit, se hujus experi-
 menti successum magis optatum vi-
 diffe, si primum vasa renum arteriosa
 et venosa cera repleta fuerint †. Hoc
 vero, si ex hisce origines suas duxe-
 rint vasa lymphatica, plane conting-
 re non posse, nemo non videt.

(U) Cowper et Drake etiam vafo-
 rum lymphaticorum origines a vasis

* Nuckius in Adenographia.

† Nuck. in Adenograph. c. 6. p. 62.

fanguineis repetunt * ; et tamen per ductus biliarios, per ureterem, et a penis cellulis, impleri posse tradunt †.

CELEB. Ferrein atque Caffebohm ‡ vasa hepatis lymphatica, fluido in duc-

* Cowper in introduction to Bidloo's tables, p. 5. The true origin of the lymphatic vessels is from the extremity of the blood vessels.

† Vid Cowper's explanation of tab. 38. f. 2. Tab. 43. f. 5.

Ap. to Myotomia ref. p. 227. fig. 10.

J. Drake's system of anatomy, 2 edit. B. I. ch. 16. p. 110. B. I. ch. 17. p. 113. B. I. ch. 20. p. 132.

‡ J. F. Caffebohm scribit, lympham vehentia vascula, quae circa felleam vesiculam sunt, se tum potissimum manifestare, quando cystico ductu,

tus biliarios infuso, repleverunt; et quidem Ferrein ab experimento suo colligit, ortus suos quadam ex parte a ductuum bilem ferentium initiis ducere*.

(W) PEYERUS porro, vir fide omnino dignus, lympham nonnullis animalibus circa hepar flavescere vidit†;

alteroque ad sinistrum hepatis lobum progrediente hepatici ramo compresso, dextri lobi ramus inflatur.

* Ferrein hist. de l'acad. des sciences 1733.
Les vaisseaux lymphatiques du foie tirent en partie leur origine du principe du tuyaux biliaires.

† J. Conradus Peyerus, in meth. hist. anatom. medic. cap. 6. p. 159.

cui Fallopius * et Kerckringius addit,
lympham non tantum subflavam, sed
etiam amaricantem, in vase lymphati-
co, per summam fellis cystidem reptan-
te, se reperisse †. Quae itidem testan-
tur Sylvius et Reverhorstius ‡; claro
omnino documento, per vasa lympha-
tica bilem resorberi.

* Gabriel Fallopius obf. de venis obf. 3.
In sima parte hepatis sunt quidem parvi mea-
tus, qui desinunt ac terminantur in pancreas
et in glandulas ibi proximas; qui quidem mi-
nimi meatus deferunt quendam succum olea-
nosum, flavum, et tendentem ad aliquam amari-
tudinem.

† Kerckringius in cent. observ. obs. 5. p.
17. 18.

‡ Fr. Sylvius disp. med. 8. § 7. et de meth.
medendi l. 1. c. 10. Reverhorstius de motu bi-
lis, § 20.

(X) TAM arcta inter venas lacteas et lymphaticas occurrit similitudo, ut, si naturae simplicitatem et congruentiam spectemus, minime credibile fiat, illas esse venas absorbentes, has vero non esse.

(Y) DENIQUE, multis in corporis locis, vasa lymphatica valvulosa fluida ostiis suis forbere, sequentia fatis testantur. Testantur etiam, plerasque glandulas congregatas insignes saltem quofdam ramos absorbentes accipere.

Hujus luculentum et notissimum exemplar suppeditat in primis glandularum congregatarum inguinalium tumor, bubo dictus, qui coitum impurum adeo frequenter excipit, et qui

sine partium exesione haud raro invadit; quum primum sit contagionis indicium *.

IMMO nunquam non, per multos annos, adnotavi, luem venereum, in coitu impuro acceptam, in glandulis inguinalibus, quae supremo loco, juxta obliqui externi tendinem, situm habent, solis haerere, dum caeteras haud attingat: Illas autem a genitalibus, has vero ab imis artubus, lympham accipere, secando didici. Denique, in pluribus aegris, chordas, vasa nempe lym-

* Solet oriri bubo absque gonorrhoea et carie, Fallop. de morbo Gallico, c. 90. Idem aliquoties vidi, et a se quoque yisum testabatur Pater meus.

phatica funiculorum instar indurata,
a penis glande et praeputio, per dorsum
ejus, ad bubones fere exorrectas, digi-
to persecutus sum,

Si vero venenum cum sanguinis gy-
ro per totum corpus deferreretur, cur
inguinales potius, quam axillares, cer-
vicales, aut alias, similis omnino fa-
bricae, glandulas ; cur inguinis supe-
riores potius quam inferiores occu-
pat ?

Neque ullum est, in singulari quadam
et abdita harum glandularum compa-
ge, perfugium. Nam, si alia loca pri-
mum vitiaverit venenum, non ingui-
nales, sed vicinae glandulae, parti cor-
ruptae et cordi interjectae, laborant.

Sic, ubi digitus a veneno hoc acri
valde vitiatus, glandulas axillares pes-
sime multaverit, exempla nonnulla
novi.

In venarum igitur lymphaticarum
absorptione vera ratio collocanda est,
quae a genitalibus ortae ad glandulas
inguinales feruntur. Aliud enim non
datur commercium.

(Z) Nec ex alia causa fieri, luculen-
ter porro ex eo comprobatur, quod,
in nutribus, quae infantes, lue vene-
rea infectos, lactitando vitiantur, inter
prima contagionis signa saepe se mani-
festant tumores axillares. In infanti-
bus vero, quibuscum nutrices lue

laborantes lactitando morbum communicant, primo saepenumero invaduntur colli glandulae conglobatae.

LUES scilicet venarum lymphaticarum ostiis hausta, ad glandulas, per quas transeunt venae lymphaticae, properat, et in earum angustiis haeret. Sic obstructae et abs acri etiam vellicatae materia glandulae, in tumores adtoluntur.

(AA) Ejusmodi vero exemplis, ab aliis morbis ductis, rem adhuc illustrare, nec inutile, nec a re alienum erit.

IN variolarum infitione, quae apud nos multum invaluit, plerumque, facta in brachio levissima incisura, filum linteum vel xylinum pure variolofo imbutum imponunt. Morbo ita arte effecto, saepissime oriri tumores in axillis, usu compertum est; adeo ut pro signo certissimo a multis habentur, haud frustra institutam fuisse infestionem. Et quum per plures annos incisura tantum in uno brachio, non, uti olim, in utroque, peragatur, animadversum est etiam, in quo latere facta sit infitio, in eodem glandulas axillares intumescere.

IDONEI, immo, mihi retulerunt autores, venenum variolosum cuti bra-

chii fano admotum, tumores axillares, atque dein variolas, movisse *,

ID CIRCO turgere crediderunt medici, vel quod minori vi foras illic propellatur venenata materies †, vel quod fluxionem, uti loqui amant, in partes vicinas inducat incisio. Tales vero ratiocinationes quam infirmae, quam parum verisimiles sint, unicuique liquet. In glandulis enim lateris incisi minori vi foras propelli materiam, quam in glandulis alterius

* Harrisius etiam in diff. chirurg. Ne quidem sectione sed ratione tantum cutis opus esse contendit, cutique rasae materiam variolarum imponendam esse.

† Vid. Mead. de variolarum insitione.

lateris, vel quam in reliquis corporis locis, unde credibile fit? Neque hoc exponit, undenam intumescere incipi- ant, antequam febrem accendat mate- ries, et effectus suos in sanguine et in corde edat. Quid? quod ex levi adeo vulnusculo subsequitur levis inflamma- tio, qua tantam fluxionem adferri mi- nime singi potest. Nec omnino adfert. Si enim vulnusculi oras excipias, ne- que cutis, neque cellulofae rubent aut tument, inflammationemve aut sti- mulum ostendunt; et incifura, quae vulgo infra humeri medium institui- tur, longe a glandulis axillaribus remo- ta est. Ad causas igitur ambiguas re- currere nihil opus est, dum a vena- rum lymphaticarum inhalatione egre- gie explicatur phaenomenon. Resorp- tum scilicet venenum, et versus cor

progrediens, glandulis axillaribus, quas
venae lymphaticae extremitatis superi-
oris salutant, tumores efficit.

(BB) Sic et etiam glandularum quae
in axillis situm obtinent intumentia
vel schirrhus, quae mammae cancro
non infreueenter supervenit, quamque
ex fabricae cum mamma similitudine
has occupare judicant, causam jam dic-
tae prorsus consimilem fateri videtur:
Quum mammae ipsius, quam veram ex
multis esse morbi sedem constat, longe
alia reperitur esse ac glandularum harum
fabrica; quumque lateris affecti tantum
glandulae adtollantur; materiei acris
absorptionem indigitantes, absorptae-
que in sanguinem iter. In hoc porro,

aeque ac in venereo morbo, vasa lymphatica, chordarum instar, a mamma ad axillam usque exorrecta, haud semel deprehendi.

CANCRO denique laborantium, ac in Nosocomio nostro Regio hand ita pridem decumbentium, historiae, quae mox subsequuntur, dictis robur addunt. Huic, nempe, penis cancro labrantι intumuerant glandulae inguinales superiores; sicuti lue venerea recenti tactis contingere notavi. Illi vero ex crure male fano plexae sunt glandulae inguinales inferiores; quas imi cruris, variique generis, ulceribus affectis attolli, iterum iterumque vidi.

(CC) UBI glandulae lymphaticae alicui corporis membro, cancro an caeco an aperto, vel quacunque materia

aci, depasto, vicinae induruerint; aliquando fit etiam, ut alia, longe quamvis disjuncta pars, sed cuius lymphatica vasa in eisdem glandulas desinunt, in oedema insigne adtollatur. Cuius, maxime faltem verisimilis, causa, in difficulti vel obturata humoris absorpti via ad cor, quaerenda est: Lymphatica absorbere, haud levi indicio.

HUJUSC^E exemplar illustre sequens historia suppeditat, quae mihi atque aliis quibusdam medicis, ante tres abhinc annos, sese obtulit. Domina quaedam, quadraginta et quinque circiter annos nata, scirrum in mamma dextra per aliquot menses gesserat, comitante insigni ejusdem lateris brachii oedemate. Hujus causam ad glandulas axillares, quas et mammae et brachii vasa lymphatica salutare novi, a scirrho

in cancrum labente induratas, referre ducebar. Sed quum quaerenti induratio talis digitis sentiri haud potuit, aliis praestantissimis medicis, sed quorum animi minus in hanc rem converfi sunt, potius visum est, in ea, quam prius aluerant, sententia manere, et brachii nempe et mammae tumorem ab una eademque causa repetendam, neque hunc illius pedissequam esse.

TANDEM vero, postquam varia incassum tentata fuerant remedia, ad excisionem mammae chirurgicam, quum nulla alia salutis spes supereslet, recursere decretum.

Exscissa mamma, iterum monui, glandulas axillares sedulo examini subjiciendas, ut et verisimilius de ope-

rationis eventu vaticinari daretur, et ut glandulae axillares, morbo tactae, nec sine contagii cum sanguine miscendi periculo solvendae, simul scalpello auferrentur. Atque nunc, secta in axilla cute cum adipe, agmen harum glandularum, insigniter induratum, inventum est: Alte vero ita fistum atque tectum, ut digito prius sentiri non potuerit; atque adeo arteriae axillaris trunco proximum, ut id digitis divellere, quam scalpello exsecare, fatius duceret chirurgus expertissimus,
Alexander Wood.

UBI vero cancri materia acris non in eam, per vasa lymphatica, altitudinem ascenderit, ut glandulas lymphaticas, in quas hujus atque alterius si-

mul membra lymphatica vasa coeunt,
attingat, regionem tantummodo can-
crum atque axillam interjacentem oe-
dema occupat.

HUJUSMODI casum quendam, cum
chirurgo laudato Wood, nuperime
observeasse mihi contigit; in quo de
mammae scirrho in cancrum lapso, at-
que de glandulis axillaribus infarctis
atque induratis, suspicionem haud le-
vem alere duceremur, quamvis nullus
talis earum tumor, accuratissime quaer-
entibus, digitis sentiri potuit. Ex-
scissa vero mamma, atque secta dein
axillae cute cum adipe, plures glandu-
las, pectorali musculo tectas atque pri-
us celatas, admodum vitiatas inveni-
mus.

Ex quibus simul sumptis historiis constat, chirurgos, in mammae scirrho, hunc atque glandulas axillares a cancri contagio immunes nequaquam pronunciare posse, donec, exscissa mamma atque secta dein axillae cum adipe cute, has caute admodum exploraverint.

—Si quando vero oedema axillae vicina loca adtollat, glandulas quasdam axillares induratas, atque in cancrum occultum scirrum jam lapsum esse, judicandum.

Nisi vero plures simul, ac in mox descriptis casibus, glandulae lymphaticae impediuntur, oedema vix observandum venit; quoniam vasa lymphatica, ubi glandulas proprias ingrediuntur,

ramos simul super eas spargunt, atque porro cum vicinis lymphaticis, repetita anastomosi, conjunguntur.

(DD) INSIGNE etiam exemplar vi-di, quod luculenter demonstrat, capitis superficiem venis lymphaticis absorbentibus obsitam esse.

DOMINA quaedam, diu capitis doloribus vexata, medici suasu, emplastrum epispasticum summo capiti admovit, ut cutem exulceraret et fonticulum faceret. Exorta vero circa totum collum, praesertim a parte posteriore, magna glandularum conglobatarum intumescentia, *Wax Kernels* Anglice dicta, emplastrum detraxit, tumores hosce insolitos cantharidibus tribuens. Remoto, brevi detumuerunt

glandulae. Quum vero alia medicamina frustra adhiberet, paulo post cantharides iterum in auxilium convocavit, eodem omnino iterum cum eventu. Si quidem glandulae tantum conglobatae, ad quas feruntur venae capitis lymphaticae, hoc in casu, adficerentur; deberi illud particularum cantharidum acrum et irritantium per venas lymphaticas absorptioni, et in glandulas conglobatas delationi, ambigi profecto nequit.

PLURES exinde aegros cantharidibus, variis corporis locis admotis, similiter plexos vidi.

(EE) Tot in praxi exempla vidi ubi extremarum corporis partium mor-

bi et ulcera, glandulas cervicales, axillares, et inguinales, tumoribus follicitarunt; atque, inter cadavera seccanda, glandulas lymphaticas, cor atque viscera male sana interjectas, adeo saepe tumefactas inveni, ut singula enarrare taedio plenum foret. Nec, id quidem contingere, a medicis antiquis, Galeno *, Fallopio, Wifemanno, aliis-

* Galenus ita scribit in method. medendi, l. 13. c. 5. "Sic igitur fit, ut et propter ulcerum, quod in manus aut pedis digito sit, eiusmodi glandulae in inguine et alis tum intumescant, tum phlegmone occupentur, cum defluentem ad ultimos artus sanguinem priores exceperint. Quinetiam in collo, et fecus aures, saepenumero glandulae iis quibus in collo, capite, vel aliqua vicina parte, ulcerum est natum, intumescunt. Nominant autem ipsos *Adenas*; cum sic intumuerunt, *Bubones*."

que, praetervisum est. Ad hos itaque nullis praejudiciis occupatos, quum venas lymphaticas ignorarent, quam ad propria observata, relegate satius videatur.

APUD hodiernos etiam adnotantur hi tumores *. Ita, in paronychia dolentissima, Celeb. Van Swieten †, tumorem subito sub axilla ortum fuisse, saepe vidit; licet in extremo digiti apice haereret malum: Cujus causam ponit, quod in mollissima pinguedine glandulae haereant, a compressione muscularum liberae, &c. A morbis etiam crurum et femorum glandulas

* Vid. Cowper et Turner.

† Vid. D. Van Swieten in Boerh. aphor.

§ 416. p. 728.

inguinales in tumores adtolli, Russel animadvertisit: Cujus rationem a fluxione quadam repetit *. Et D. Remarck, qui dissertationem eruditam de fungo, vel tumore albo vulgo nobis dicto, articulorum, in qua multas proprias observationes habet, edidit, interrogantem me certiorem fecit, se faepius vidisse glandulas inguinales, si hic morbus genu invaderet, tumoribus inflari, qui brevi post genu amputationem disparuerint.

CUM itaque glandulae lymphaticae, non quae maxime vicinae sunt, sed quae longo intervallo disjunctae, si modo cor inter atque partem tactam cedant, nunquam non patiantur; id a

* Russel on sea water, p. 47.

venarum lymphaticarum forbendi vi
provenire, in dubium revocari nequit.

HISCE exemplis elucet, venas lym-
phaticas absorbentes valvulofas a ca-
pitis superficie, ab oris cavo, a mammis,
a corporis extremitatibus dictis, a ge-
nitalibus, procedere. Varia insuper ad-
tulimus, quibus arterias lymphaticas
venis hisce respondentes argumentis
minus firmis sustineri, non tantum
comprobare conati sumus, sed et ex-
perimenta ipsa in hunc finem adlata,
variaque horum vasorum phaenome-
na, fabricam et decursum eorum pror-
fus singularem, lacteorumque analo-
giam, et naturae simplicitatem ac con-
stantiam, commonstrarere, *Vasa lymphati-
ca valvulosa per totum corpus venarum ab-
sorbentium systema efficere.*

C O N S E C T A R I A.

Q U U M scientia anatomica ad medicinae prixin dirigendam ac promovendam respicere debeat, conjectaria quaedam adnectere vifum est.

(1 .) Q U U M in vasis valvulis stipatis humorum cursus mechanice promoveri possit, doctrina haec commodis, ab exercitatione et frictione corporis nostri, in multis morbis, sperandis, novam quasi lucem affundit.

(2 .) Q U U M ex dictis constet humores forptos, non in venas rubras proximas, sed ad cor dextrum recta via ferri; inde firmo minus talo niti viden-

tur theoriae plures, quas virorum maxime celebrium, Boerhaavii, Halleri, aliorumque ingenium ita ornavit, ut ubique in artem pro veris admissae fuerint: Quales sunt quas de bile ab intestinis, et adipe ab omento, ad venam portarum; vel de spiritu quodam aero vivificante, ad cor sinistrum rapto, finxerunt.

(3.) QUUM vasa lymphatica valvulosa in cor dextrum definant, materia acris, a quounque corporis loco resorpta, pulmones, post cor, praeterea reliquis organis, salutat; atque majori, quam in ullo alio organo, copia, quoniam omnis cum sanguine per eos transit. Hinc organi cujuscunque in suppurationem soluti contagium, promptius
O

cum iis, quam cum ullo alio organo,
communicatur.

ATQUE, si quando materia purulenta
in ipsis pulmonibus gignitur, hujus
particulae resorptae statim a corde
dextro in ipsos recurrent omnes, ut
inde sanationis spes quodammodo mi-
nuatur.

(4.) CHIRURGI quidam, multum in
praxi versati, gonorrhoeam virulentam
et luem venereum, quae praeter geni-
talia omnes fere corporis partes adficit,
natura sua prorsus discrepare, nec illam
in hanc mutari unquam, adserere non
dubitарunt. Disputarunt etiam, an
bubo ad hanc, vel ad illam potius, re-
ferri debeat. Ex supra dictis vero ad-
paruit, bubonem esse materiae conta-

giosae per venas lymphaticas intus
susceptae et in glandulis congregatis
obstructae effectum. Ex quo igitur de-
monstratur nexus inter gonorrhoeam
virulentam et luem jam invalescentem ;
quum bubo sit quasi medium inter hanc
et illam. Si enim omnem materiam
morbosam in glandula obstructa haere-
re, et suppuratione superveniente ejici,
supponamus ; quod tamen rarissime ac-
cidere, et lymphaticorum decursus sua-
det, et experientia tristis confirmat ;
aeger a lue tutus evadet. Si vero non
omnis haereat; vel si bubo discutiatur,
i. e. si venenum procedat, et sursum
per venas lymphaticas ductumque tho-
racicum in sanguinem progrediatur ;
cum reliquo corpore communicatur
malum, et aegrotus lue venerea, vulgo
dicta, laborat. Mirum quidem vide-

tur, res experientia quotidiana comprobatas in dubium revocari.

(5.) LUES venerea, uti vidimus, per venas lymphaticas saepe in corpus sibi ingressum quaerit; et in glandulis conglobatis, quas salutat, haud raro haeret. Mercurius, nec quatenus sanguinis velocitatem et vim incitet, nec quatenus particulas morbosas ejiciat, sed ratione quasi specifica, si practicis nonnullis fides adhiberi debet, huic morbo mederi videtur. Hinc forte haud prorsus inutile esset, mercurium et mercurialia loco primario affecto admovere; quae, iisdem viis insistendo, veneni vires fortasse lenirent vel delerent, antequam sanguinem ingrediretur.

Si quando glandulae lymphaticae,
cor atque scirrum, aliumve tumorem,
interjectae, indurescere atque attolli
incipiunt, scirrum in cancrum occul-
tum mutari, aliosque tumores in hu-
morem acrem fundi coepisse, discimus.

De quibus vero expertissimos ac recen-
tissimos medicos praticos quotidie, in
aegrorum damnum, hallucinari, ob-
servare licet. Sic egregius Storck *, a-
liique multi, cancrum occultum pro
scirrho paßim habent.

(7.) IMMO scirrum in cancrum mu-
tatum scire licet, quamvis glandulae
lymphaticae, in quas vasa ejus lym-
phatica terminantur, situ suo, tactum
fugiunt; si forte membra alia, quorum

* In libello de cicuta

lymphatica vasa in easdem glandulas desinunt, oedema occupat *.

(8.) PORRO a glandularum lymphaticarum, quae induruerint, situ, judicare datur, an contagium sistema lymphaticum solum affecerit, atque nondum cum sanguinis rivo commixtum fuerit ; an potius, sanguini prius commixtum, ab illo iterum ejiciatur.

SIC si venerea lues, coitu concepta, glandulas inguinis superiores multa-
verit, recentem esse pronunciare licet ; si vero inferiores vel remotas affecerit,
luem confirmatam esse constat.

* Vid. supra pag. 92. ad 97.

(9.) CUM itaque scirrho-cancrum exscindere decretum sit, glandulas lymphaticas, quae induruerint, simul auferendi necessitas chirurgis patere potest.

(10.) PATET etiam quantum se aegrofque spe inani lactent chirurgi, qui, post mammam, scirrho-cancrofam excissam, felix inde omen ducunt quod axillares glandulae, quae prius induruerant, quasque non abstulerint, nunc detumescere incipiunt: Quum glandularum harum solutio contagium immedicabile cum sanguine nunquam non commisceat.

(11.) PENSITANDUM nunc venit, quantum morbos immedicabiles, dum corpus nostrum per sistema lymphati-

cum subingrediuntur, priusquam sanguini commisceantur, distinguere; atque, horum cursum intercipiendo, effectus deleterios praevenire, valeamus.

APUD auctores, qui de peste egerunt, frequens occurrit observatio, bubones, nimirum, pestiferos suppuratione solutos, valde salutares esse. Si itaque prima infectionis in aegrotante nota fuerit hujusmodi tumoris inexpectata eruptio; quod quidem et medici Galli, et alii etiam, spectatae fidei auctores, nobis adsertum reliquerunt *; unde verisimile videatur ab absorptione materiae pestiferae per venas lymphaticas hunc provenire: Nonne, hoc

* Mead de natura et origine pestis.

in casu, excisionem harum glandularum eximii usus fore, spes est? Radicitus enim tollit materiam pestiferam in glandulis haerentem; obstat, ne plus ejusdem, hisce saltem viis, sanguini immisceatur; et fonticulum, vel ulcus, efficit, per quod corpus a particulis noxiis, jam forte in sanguinem abreptis, liberari potest *.

DUM de atrocissimo hoc morbo di-

* Mead, de curatione pestis, haec habet :
 “ Ubi pestis minus saevo morbu lacefit, in molliores decumbit glandulas, quae ad corporis superficiem prominent; quales sunt inguinales, axillares, &c. Si convalescere datur aegrotanti, tumores ii, uti in variolis, legitimam nanciscuntur suppurationem, morboque naturam hac via exonerant”.

co, notare utile sit, eum saepius glandulas faciei, colli, et extremitatis superioris, occupare, quam inguinum et extremitatis inferioris ; ex hoc forte, quod illae aeri externo plus exponuntur. Hinc corpus bene tectum habere, ad pestem avertendam, quiddam forte valebit.

CORPORIS porro inunctionem, quae venarum lymphaticarum ostia oppilat, et luis venereae, et pestis forte etiam, contagium, quatenus per cutim externam haec fuscipitur, quodam modo depulsuram, non sine causa conjicere licet.

(12.) PONAMUS, quod chirurgo, inter cancrum excindendum, infelici adeo esse contigerit, ut, vulnerato di-

gito suo, virus subingressum tumorem
in glandula quadam axillari moverit:
Nonne glandulae hujus exscissio, cum
inustione vulnerati digiti, ad dirum
hoc contagium praeveniendum, illi
commendanda est?

(13.) PLERIQUE medici bubonis sup-
purationem, molestam quamvis sem-
per ac saepe taedio plenam, potius
quam resolutionem ejusdem, moliun-
tur, Hanc enim luis venereae pericu-
lum gravius aegro intentare, cre-
dunt.

NUPER vero chirugri quidam, ut
minori cum taedio et aegri incommo-
do sanitatem restituerent, bubones ra-
dicitus exscindere tentarunt. Sed quan-
tumvis operatio haec caute instituatur,

propter arterias venasque vicinas, discrimine plena est ; nec tantam medellam morbus facile medicabilis postulat.

(14.) VARIOLARUM infitio, contagio naturaliter contracto, praeter alia multa, in eo praefstat, quod in hoc venenum, in aere fluctuans, in primas vias, inque pulmones, adtrahitur ; in quibus latitare et inflammationes et obstrunctiones valde periculofas excitare valet : In infitione vero arte effecta, vitium organa minoris momenti, et subcutanea, tantummodo percurrit, antequam sanguini immisceatur. Hinc raro virus organa nobiliora adoritur ; sed cutem, quam hic morbus, plus quam alias partes, affectare videtur, petit.

(15.) QUAM feliciter cesserit vario-
larum insitio, neminem latet. Mor-
billorum vero infisionem multo utili-
orem et feliciorem fore, omnino per-
suasum habeo. Nimis enim notum
est, quam proclivis fit hic morbus ad
pulmones infestandos, quantumque
exinde stragem edat. Hoc, primo con-
tagio in aere volitanti, et in pulmo-
num cellulas inter inspirandum hau-
sto, iis tenaciter adhaerenti, inflam-
manti, tussim hinc vel naturae cona-
tum ad materiam noxiā depellen-
dam, concitanti, magna ex parte de-
beri videtur. Si vero per infisionem
arte factam inducerentur morbilli, ab
inflammatione pulmones magis vacu-
os fore, et cutim fere tantum mor-
bum invasurum esse, verisimillimum
fit. Hoc si ita contingret, quantum

commodi et utilitatis generi humano adferret? Incommodi aut damni nihil adferre potest experimentum. Infusionem fieri posse, probabile est, si tantum pustulae, vel maculae, maturae goffypio perfricentur, et hoc dein, vel recens, vel vitro accurate obturato immissum et conservatum, vulnusculo indatur, eadem prorsus ratione ac materia variolosa.

(16.) SCROPHULA glandulas lymphaticas praesertim occupat. Hinc, medicamenta externa deobstruentia hoc in morbo in primis profutura, censendum est: Quum, per venarum lymphaticarum resorptionem, immutata fere ad ipsius sedem pertingere possint; atque exinde solida aptius stimulare, materialm morbosam efficacius corrigere et mutare, valeant, quam remedia inter-

na vulgo adhibita, quae, per longas va-
forum ambages, debilitata et permuta-
ta, ad loca adfecta tandem feruntur.
Hinc forte, ubi colli glandulae plec-
tuntur, vesicantium, quae capiti admo-
ta sunt, commoda.

(17.) In omnibus denique glandu-
larum conglobatarum adfectibus, mul-
to saepius, quam folet, in usum revo-
canda sunt remedia externa.

ET haec sunt, L. B. quae de venis
lymphaticis, et de earum in primis o-
rigine, proponenda habuimus. Quae
quam imperfecta sint, quamque multa
iis adjici possint, nos non latet. Plu-
ra etiam, consideratione digna, intacta

superesse videntur; de quibus, ut et de vasis lacteis, et de glandulis congregatis, quaedam olim differere, in animo constituimus. Quum nos non parum incitent et adjuvent experientia nonnulla, prospere omnino instituta, quibus, vasa lymphatica glandulasque lymphaticas, lactea insuper, non tantum super ventriculum et intestina decurrentia, sed ea quoque quae intestinalium sunt, in toto suo tractu transitique per glandulas mesentericas, mercurio et cera replevimus. Quae pleraque, ante sex menses abhinc *, figuris adcurate exprimi curavimus; quas tamē evulgare, temporis angustiae in praesentia vetant.

* Anno nempe 1756.